



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1494 usque ad annum 1507

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118448**

§. 115. Capua, ceteræque urbes a Gallis occupatæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67025](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67025)

Sæcul. XVI. magis laborantibus opportuno auxilio  
A.C. 1501. adesse posset.

## §. CXV.

*Capua, ceteræque urbes a Gallis  
occupatæ.*

**Marian. lib.  
27. n. 53.** Interea Gallorum exercitus iter Romam  
versus aggrediebatur, ac die octava  
Julii in Neapolis Regnum penetrabat,  
quibus adventantibus cuncti vasa collige-  
bant, nequidem hostibus resistere solli-  
citi, quinimo illi, qui oppidum S. Germa-  
ni incolebant, Gallorum vexilla in tur-  
ribus erigebant, certatimque omnes  
Franciæ Imperio sese subjiciebant. Ex  
altera vero parte Albinus Marescallus  
kopias suas ad Montfortinum promovit,  
cui urbi valido præsidio munitæ Julius  
Columna præerat; verum adeo non ho-  
stium impetus sustinebat, ut primus fu-  
lites pœctis conditionibus ditionem fe-  
cerunt, ac concessa vitæ, libertatisque  
gratia discesserunt. Parta hac urbe ex-  
peditor erat ceterarum expugnatio, ob-  
stabant tamen Capua, sed infami perfidia  
Comitis de Palena patriæ suæ proditoris  
factum, ut Galli nullo ferme negotio  
hanc quoque civitatem ingrederentur  
ubi igne, ac cædibus omnia miscentes,  
quidquid truculentum effrænis furentium

ligen-



licentia suggesserat, impune patrabant, Sæcul. XVI.  
postea Fabricius Columna urbis Præfe- A.C. 1501.  
ctus cum Hugone de Cordona, aliisque  
quam plurimis belli Ducibus misere ca-  
pti abstrahuntur, urbs undique latroci-  
niis, ac cædibus funestatur, cunctaque  
fora, aut mortuorum, aut morientium  
cadaveribus sternuntur, demum Galli ad  
intimas civium ædes prædabundi invo-  
lant, aurum, argentum, & quæcunque  
pretiosiora crudeli avaritia diripiunt. Ca-  
pta est hæc urbs mense Julio ad finem  
vergente, quam paulopost Cajetæ ex-  
pugnatio sequebatur.

§. CXVI.

*Fridericus Neapolim fugit, ac de pa-  
ce cum Gallis agit.*

Fridericus accepto Gallicæ felicitatis Guicci, lib. 5.  
nuncio animum penitus desponde- Card. Bemb.  
bat, ac Aversæ capi veritus, inde Nea- hist. Venet.  
polim auffugit; ubi tamen cives nec l. 6.  
Regis sui reverentia absterriti, ad Nemo- Sabellio. End.  
sii Ducem suos ablegant, eique urbis II. lib. I.  
portas ultro aperiunt, ea tamen lege, San. Gelas.  
ut eorum bona, proles, uxores, vitæ- hist. Ludov.  
que incolumentatem tutaretur. Ergo Gal- XII. p. 136.  
lis Neapolim intrantibus, Fridericus ad  
Castrum novum sese recipere compelli-  
tur, unice de pace ineunda sollicitus,  
Albinus etiam Regi, quem in castro no-

A a 3

vo